Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus dei gratia Rex castelle et toleti. una cum uxore mea Alienor Regina. et cum filio meo ferrando. facio cartam concessionis. absolutionis. et stabilitatis. uobis toti concilio de salinis presenti et futuro. perpetuo ualituram. Concedo itaque uobis et statuo ut habeatis forum de ualle salinarum. et illi qui debent pectare fossaderas. pectent unusquisque duos solidos pro fossadera. et non amplius. et uidue pectent singulos solidos pro fossadera. Absoluo etiam uos ut decetero non detis neque mittatis nec queratis alicui domino uestro mantelas neque fozeras. neque uala aliqua per forum neque per uiolentiam aliquam in perpetuum. Siquis uero hanc cartam infringere presumpserit. iram dei omnipotentis plenarie incurrat. et Regie parti. c. aureos in cauto persoluat. et dampnum quod uobis intulerit. duplicatum restituat. Facta carta in toleto. Era. M. CC. XXXII. IIII. idus decembris. Et ego Rex. A. regnans in castella et toleto hanc cartam roboro et con fir mo.

Martinus toletane ecclesie Archiepiscopus et hyspaniarum primas con fir mat.

Martinus burgensis episcopus conf.
Ardericus palentinus episcopus conf.
Martinus oxomensis episcopus conf.
Garsias calagurritanus episcopus conf.
Iohannes conchensis episcopus conf.
Comes Petrus conf.

Petrus roderici de guzman maiordomus curie Regis conf. Didacus lupi de faro Alferiz Regis conf.

Ordonius garsie conf.
Gonzaluus roderici conf.
Egidius gomez conf.
Rodericus sancii conf.
Alfonsus telli conf.
Didacus lupi merinus Regis conf.

Didaco garsie existente cancellario.
Magister arnaldus domini Regis notarius SCRIPSIT.

E yo Diago mz escriuano publico del Conceio de Salinas dañana fiz sacar este priuilegio traslado escripto en pergamino en latin e signado de un signo desta misma forma sobredicha e sellado de un sello de plomo pendient e fiz en el [illegible] en testimonio de verdat. Testigos que fueron presentes quando se saco el priuilegio [illegible] yo [illegible] e yo Lope [illegible] e Johan [illegible] e yo [illegible] e Sancho [illegible] alcalde e Lope [illegible] e [illegible] e Pedro Dias e Domingo [illegible] e otros [illegible]. Fecho e sacado [illegible] viij dias de Abril Era de mill e ccc e treinta annos.